

— DE —

SPIRITU SOCIETATIS JESU

AUCTORE

JULIO COSTA ROSSETTI,

EJUSDEM SOCIETATIS SACERDOTE

CUM APPROBATIONE SUPERIORUM ORDINIS

In-12o (XVI et 288 p.)Prix : 60 cts.

PRAEFATIO

Hujus opusculi finis est spiritum Societatis Jesu proprium breviter et solide declarare atque ostendere, in quibus a spiritu reliquorum Ordinum religiosorum etiam sanctissimo differat. Cum enim singuli Ordines inter se sine ac mediis et ideo etiam spiritu diversi sint, satis non est, ut religiosus perfectioni altiori generatim studeat et a spiritu mundi hujus perversi abhorreat, nisi etiam eo modo in perfectionis studium incumbat, qui spiritui illius Ordinis, cujus est membrum, respondet, et nisi huic se totum conformem reddat. Quapropter etiam S. Ignatius in Parte 6. Constitutionum cap. 1. n. 1. ait: „Omnes constanti animo incumbamus, ut nihil perfectionis, quod divina gratia consequi possumus, in absoluta omnium Constitutionum observatione nostrique Instituti peculiari ratione adimplenda praetermittamus“ (cf. Reg. 15. Summ.)

Offero hoc opusculum imprimis *tironibus* (cum plerumque in eo contenta jam antea studia altiora intelligi possint), quo *facilius ideam illam divinam mente concipiant*, quam S. Ignatius in Societatis Instituto expressit, et ut sine errore illo spiritu apostolico se impleant, qui Societati proprius est.

Offero hoc opusculum potissimum *Scholasticis*, ut illam *Societatis cognitionem*, quam in tirocinio acquisierunt, *magis perficiant atque se in amore vocationis confirmant*. Facile enim fit, ut tirones ea, quae de Societatis spiritu audiunt et legunt, defectu maturioris aetatis minus clare percipiant, vel ut cognitio acquisita paulatim aut oblivione minuat aut variis ob causis obscurior reddatur. Accedit non raro juvenilis animi inconstantia, accedunt tentationes et pugnae, quibus fieri potest, ut longo studiorum et magisterii tempore pulchra illa Societatis imago olim mento concepta sensim in animo deficiat multumque pristini splendoris amittat idque non sine vocationis amittendae periculo. Sed praeterea, etiamsi id non accideret neque unquam malum ejusmodi remedium exigeret, optimi quique inter Scholasticos desiderant Societatem, quam matris instar amant, perfectius cognoscere ejusque spiritu plenius imbui. Cum autem scientiis dent operam et in rerum causas perpetuo inquirant, sibi non satisfaciunt, nisi etiam Societatis nostrae profundior cognitionem ex causis haustam, qualem scientia praebet, consequantur. At nullus videtur exstare liber fini huic accommodatus, qui neque nimis magnus sit, quam ut ad legendum tempus Scholasticis suppetat, neque nimis parvus, quam ut tractatio plena et solida esse possit. Quare hoc opusculum, ut justo huic ac salubri desiderio satisfiat, breviter in causas tum proximas tum ultimas Societatis inquirat, ex causis essentiam ejus et proprietates seu notas ipsi peculiare illustrat, ut inde spiritus Societati proprius clare ante mentis oculos ponatur et genitius ejus amor fovetur.

Offero hoc opusculum praeterea *Patribus, qui in tertia Probatione versantur*; quamvis enim finis illius non sit „jus Societatis“ exponere, ejus studio accurato et serio Patres illi occupantur (in quo eximio opere Francisci Suarez S. J., De Religione Societatis Jesu, juvari possunt, nihilominus etiam in hoc negotio illis liber hic utilitatem afferre potest. Ostendit enim, qua ratione multitudo loquum Instituti ad unitatem reduci possit earumque verum sensum, proposito spiritu Instituti, aperit, qui, si sola littera scripta consideretur, nonnunquam dubius esse potest. Profecto quod in codice juris omnis positivi interpretando valet, etiam de jure nostro fateri debemus:

„Littera (sola) occidit, spiritus autem vivificat“, ille nimirum, quem praebet caritatis illius lex, de qua S. Pater in prooemio Constitutionum loquitur.

Offero denique hoc opusculum *omnibus*, qui divinum Instituti splendorem identidem considerare ejusque amorem in se vel aliis fovere desiderant. Exhibet enim, non stilo quidem ornato et sublimi, non ea ratione, quae rei tantae par esse videatur, *novo tamen modo* ea, quae peritis Instituti nota sunt quaeque servare possunt, ut facilius toto vitae tempore spiritum Societati proprium consideremus, id, quod S. P. Ignatius exoptat (in Formula Instituti a Julio III. approbata in Bulla „Exposcit debitum“) dicens: „...cureturque (quisque) imprimis Deum, deinde hujus Instituti rationem, quae via quaedam est ad illum, quoad vixerit ante oculos habere“

Divisio materiae ita facta est, ut ordo partium conspectui facile se offerret. Capita singula in breves articulos dividere placuit, ut liber non tantum lectioni et studio, sed etiam meditationibus commodius inservire possit sive illis, quae mane triduo ante renovationem votorum publico proponuntur.

INDEX MATERIAE

Prodromus

De illis, quae Societati Jesu cum aliis religiosis Ordinibus sunt communia.

De spiritu Societatis Jesu proprio

- Pars prior.** De causis Societatis Jesu.
 - Sectio I.* De causa finali Societatis Jesu.
 - Sectio II.* De causa efficiente Societatis Jesu.
 - Sectio III.* Christus causa efficiens simul et exemplar necnon caput Societatis.
 - Sectio IV.* De causa materiali et formali Societatis Jesu.
 - Sectio V.* De structura corporis Societatis.
- Pars posterior.** De notis Societatis Jesu.
 - I. Nota prima.* Latitudo seu universalitas Societatis Jesu.
 - II. Nota altera.* Altitudo seu sublimitas Societatis Jesu.
 - III. Nota tertia.* Profunditas seu humilitas Societatis Jesu.
 - IV. Nota quarta.* Asperitas seu rigor magnus abnegationis.
 - V. Nota quinta.* Dulcedo seu suavitas Societatis.
 - VI. Nota sexta.* Firmitas seu soliditas Societatis Jesu.

Conclusio. De praesentia Societatis deque in eam amore.

Appendix. Comparatio Instituti Societatis cum Exercitiis S. Ignatii.

MAXIMES ET PRATIQUES

DE

ST VINCENT DE PAUL

Extraites de sa vie, ses lettres et ses conferences

PAR

M. l'abbé MAYNAR

CHANOINE DE POITIERS

1 volume in-18.....Prix : 50 cts

STATION DU CAREME

DE

1888

PAR SA GRANDEUR

MONSEIGNEUR SOULE

Evêque démissionnaire des Iles de la Réunion; Primicier du Chapitre épiscopal de Saint-Denis, commandeur de la Légion d'Honneur, etc., etc.

A NOTRE-DAME

DE MONTRÉAL

1 vol. grd. in-12Prix : 50 cts

L'ESPRIT ET LE CŒUR

DE

SAINT AUGUSTIN

PAR

M. l'abbé PETIT

2 vols in-18.....Prix : 75 cts

LETTRES DE SAINT AUGUSTIN

Traduites en français et précédées d'une introduction

PAR

M. POUJOLAT

4 volumes in-8o.....Prix : 84.00

A. BELANGER

MARCHAND DE

Meubles unis et de gout,
Bibliothèques,
Garderoberes,
Chaises d'église, etc.
Couchettes en Fer
importées d'Angleterre.



Matelas, Lits de plume,
Oreillers,
Sommiers, etc.

En GROS et en DETAIL.

1672, rue NOTRE-DAME
MONTREAL.

C. B. LANCTOT

1664, RUE NOTRE-DAME, MONTREAL

VIN DE MESSE

Approuvé par Sa
Grandeur Monseigneur
de Montréal.

SAYS NOIRS,

MÉRINOS

ET

SOUTANES

SUR

COMMANDE.



HUILE D'OLIVE

Pour les sanctuaires,

HUILE POUR TABLE

AUBES

PURIFICATOIRES

LAVABOS

ET

LINGERIE

POUR

EGLISE.


Importation de Calices, Cibores, Burettes, Ostensoirs, Chandeliers, Lampes, Encensoirs, Bénitiers, Fontaines à Baptême, Chasublerie, Orfèvrerie, Fleurs artificielles, Lustres à cristaux, Candélabres, Encens, Harmoniums, etc.

Fabrication de Statues religieuses en plâtre et carton-pierre, Décoration d'église, Vitraux, Chemin de la Croix, Transparents pour intérieur d'église, Peintures religieuses, Broderie, Chasublerie.

Spécialité **DRAPEAUX, BANNIÈRES, INSIGNES, Etc.**

ENTREPOT DE TAPIS

A. L. C. MERRILL



Importateur de
TAPIS

VELOURS — BRUXELLES — TAPISSERIE
IMPERIAL — FEUTRE
MATTINGS

PRELATS

ANGLAIS et LINOLEUMS
&c., &c.

1670, RUE NOTRE-DAME
(PRÈS DE L'ÉGLISE NOTRE-DAME)
MONTREAL.

CASTLE & FILS

No 40

RUE BLEURY
MONTREAL, QUE.

FORT COVINGTON, N. Y.

P.O. Box No. 1.



PEINTRES SUR VERRES

POUR LES

VITRAUX D'EGLISES

Les Vitraux, Tableaux et Personnages sont garantis valoir ceux qui sont importés

Témoignage avec permission de son Eminence le Cardinal E. A. Taschereau.